CLEMENS · PP · VIII

Dilecte fili noster salutem et Aplicam benedictionem. Cupientes ut diuini cultus obseruantia et regularis disciplina in ecclesijs et locis tam saecularibus quam cuiusuis ordinis regularibus tuae Ciuitatis,
et Dioecj Cracouien illaesa conseruetur, et nullo modo labefactetur, et si humani generis aduersario instigante aliquo pacto labefactata fuerit quamprimum restituatur, de tua prudentia, pastora-
li solicitudine, et Catholicae religionis et fidei propagandae praecipuo studio plenam in Domino fiduciam habentes, Tibi qui ecclesiae Cracouien perpetuus Administrator, et Sedis Aplicae delegatus exi-
stis, ut ad Quinquennium proximum quandiu Ecclesiae p̄dictae Administrator ut p̄fertur fueris, omnes et singulos Clericos, Presbyteros tam saeculares, quam extra claustra Monasteriorum regularium
locorum suorum quorumuis ordinum regulares degentes etiam ratione Notariatus uel Accolytatus, aut cuiuscunq alterius officij uel alias Sedi Apostolicae subiectos in tuis Ciuitate, et Dioec.
hmoi consisten a tua iurisdictione qualitercunque et quomodocunque exemptos per te, uel alium, seu alios idoneos a te deputandos quaecunq Monasteria, Prioratus, Praeposituras, domos,
regulares ecclesias, Hospitalia, Confraternitates, Oratoria, et alia pia loca tuae Ciuitatis et Dioecj Cracouien hmoi tam uirorum, quam mulierum cuiusuis ordinis, congregationis, regulae,
et instituti etiam Mendicantium quocunq priuilegio, immunitate, exemptione et libertate suffulta, et Sedi Apostolicae immediate subiecta toties, quoties duxeris expedire auctoritate
Aplica uisitare, ac tam in capite, quam in membris, iuxta tamen eorum institutionis et regulae normam corrigere, et reformare, ecclicam disciplinam, et etiam regularia instituta
ubicunq exciderint in illis modis congruis restituere, quaecunque ad morum reformationem, et diuini cultus augmentum pertinere cognoueris, restituere, et ordinare, Concilij Triden-
tini decreta, ubi nondum introducta sunt, introducere et obseruari mandare, necnon iuxta eiusdem Concilij Tridentini decreta quoscunq Abbates, Priores, Praepositos, Monachos,
et alios Superiores, et subditos, ac alias tam regulares, quam saeculares personas, quos, seu quas in aliquo culpabiles, et delinquentes reperens, quantum fieri poterit, sine aliorum scandalo
corripere, et si delictorum grauitas exegerit carceribus mancipare, aliasq iuxta tamen sacrorum canonum et Conciliorum dispositionem punire, et castigare, aliaq ad hmoi uisita-
tionis munus pertinentia facere, gerere, et exequi libere, et licite ualeas, auctoritate Aplica tenore p̄ntium plenam, amplam, et uniuersam facultatem tribuimus. Non obstantibus qui-
busuis Aplicis, atq uniuersalibus, Prouincialibus, et Synodalibus Concilijs editis, generalibus uel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, dictorumq Monasteriorum, Prioratuum,
Praeposituratum, ecclesiarum, Hospitalium, Confraternitatum, Militiarum, et aliorum piorum locorum hmoi, illorumq respectiue Ordinum etiam iuramento, confirmatione Aplica, uel quauis
firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, priuilegijs, indultis, et lris Aplicis illis et illorum Superioribus, ac personis sub quibuscunq uerborum formis, et tenoribus quomodolibet con-
cessis, confirmatis, et innouatis: Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumq totis tenoribus specialis, specifica, et ad uerbum expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma pro sufficien-
ti eorum derogatione ad hoc seruanda foret, tenores hmoi, ac si ad uerbum insererentur, praesentibus pro expressis habentes, hac uice duntaxat specialiter, et expresse derogamus. Caeterisq
contrarijs quibuscunq. Datj Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die xxvi Martij. M.D.XCIIIJ. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

M. Vestrius Barbianus.

Homestowski Oborski Woy
W oiew Bracławski Podlaski
Gninski Nominat Kancł
Refer koronny